Fragmentarium

terra non ibi fit terremotum terre autem
mocio per tan& ad iudiciũ quando peccatores &
terreni homines · ſpũ oris di concuſſi conmoue
bantur item terre conmocio hominum ter
renorum eſt ad fidem conuerſio unde ſcrip
tum eſt pedes eius ſteterunt & commota eſt
terra ut ique ad credendum;

XLVI DE MONTE ETHNA

Demonte autem &hna iuſtinus in libros
toriarum ita ſcripſit dicens · ſicilię tellus te
nuis hac fragilis & cauernis quibuſdam fiſtu
liſque ita pen&rabilis ut uentorum tota fe
re flatibus pateat nec non & ignibus gene
randis nutriendiſque ſoli ipſius naturalis
materia quippe intrinſecus ſtratu ſulfo
re & bitumine traditur. que res facit ut ſpũ cũ
igne introrſus reluctante. frequenter & cũ
pluribus locis nunc flammas. nunc uapo
res nunc fumum eruptu & inde denique &
hne montis p tot ſecula durat incendium &
ubi acrior perſpiramenta cauernarũ uen
tus incubuit arenarum moles egeruntur.
accedunt & perp&ua fomenta inſularum
ſolidum uelut ipſis undis alatur incendi
um neque enim in tam anguſtis terminis
aliter durare tot ſclis tantus ignis potuiss&
niſi & humoris nutrimentis aler&ur. hinc
igitur fabule ſcillam & caribdem pepere
re. hinc latratum auditur. hinc monſtri in
credula ſimulacra. dum nauigantes mag
nis uertacibus pelagi diſſidenti ſex territa
latrare putant undas quas ſorbentis ſeſtuſuo
rago conlidit. eadem cauſa & iam & hne
montis perp&uos ignes facit. nam aquarum
ille concurſus raptum ſecũ ſpm in imum
fundum trait adque ibi ſuffocatum tandiu
ten& donec per ſpiramenta terre diffuſus.
nutrimenta ignis incendat. conſtat autẽ
ad exemplum gehennę. cuius ignis perp&ua
incendia ſpirabunt ad puniendos peccato
res. qui cruciabunt in ſecula ſeculorum;
nam ſicut iſti montes tantam temporis
diuturnitate uſque nunc flammis æſtuan
tibus perſeuerant. ita ut numquam ex
tingui poſſint. ſic ignis ille ad cruc [illegible] da cor
pora damnatorum finem numquam eſt
habiturus;

Helix arcturus maior hab& aũt in ca
pite ſtellas obſcuras .uii. in ſpatula .i. ſup
pectus .i. in pede .i. in ſpino .i. in tibia ante
riore .ii. ſupra caudam .iii. ſunt omſ .xuii.

Fenix qui & arcturus minor & a quib; dam ca
nis cauda uocatur hab& aũt per unumquemq; an
gulũ ſtellã unam. in humero .i. ſplendidã in cau
da .iii. ſunt aũt inter ambos arcturos ſtelle
.xxiii. ſuperſunt aũt alias ſtellas .x. que pre
cedunt & dicuntur ludentes & minimissima .i. que
uocatur polus ubi dicunt totũ mundũ reuolui

Draco qui contin& utroſque arcturos heli
cem ſuper uoluit capite fenicem circum
cingit caudam hab& aũt in caput ſtell ſplendi
das .iii. & p totũ corpus .xii. ab inuicem diſ
tantes ſunt omſ .xu.

Erculus qui ſtrengeniſ flexu hab& aũt ſtell in
cap .i. in utriſq; humeris .i. ſplendidã in cu
bito ſiniſtro .i. in d&tera coxa .ii. in genu
d&tro .i. in eadem tibia .i. in ſiniſtro genu
.i. in eadem tibia .i. in d&tra manu .i. &
in ro polo quem ten& in eadem manu .i. ſunt
omſ .xii.

Corona uero hab& ſtell .uiiii. in circuitu po
ſitas ſunt & ipſis .iii. ſplendidiores a capi
te ſerpentis arcturi

Serpentarius qui & aſclepius ſtans · ſupra
ſcorpionem tenens ſerpentẽ in manu hab&
aũt in capite ſtellam ſplendidã .i. in ſiniſtra
manus .iii. in d&tra .iiii. in utroq; humero .i.
ſplendidam in utriſq; lumbis .i. in utroq; ge
nu .i. in d&tra tibia .i. in utroq; pede .i. ſunt
omſ .xuiii. Serpens quem ten& in manus
hab& ſtellas in capite .ii. per reliquum cor
pus .iii. fiunt in ſimul .xxiii.

Scorpio hab& ſtell in utriſq; labiis .ii. qua
rũ priores ſunt magne ſecunde obſcure
in fronte uero .iii. media ſplendidior c&eris
in ſpino ſplendidas .iii. in umbre .ii. in cauda
.u. ſup aculeum .ii. ſunt omſ
.xuiii.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. F 219 II, 3v – Isidorus, De natura rerum; De signis coeli; Carmen Sisebuti (https://fragmentarium.ms/view/page/F-oe12/3513/36516)